



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

10. An pastor teneatur præsentiam suam exhibere peste infectis  
amentibus & furiosis contrahere volentibus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

## QVÆSTIO X.

*An pastor teneatur exhibere præsentiam suam  
peste infectis amentibus, & furiosis  
contrahere volentibus?*

Quæstionis explicatio.

**C**onsensum ad matrimonium requiri situm liberum esse oportere, hoc est, à ratione deliberata profectū, in confessio est apud Doctores. Alias enim non induceret obligationē, quæ est effectus quidam deliberatæ rationis ipsorum contrahentium: Huius occasione quæritur, an peste infectis contrahere volētibus, si in amentiam vel furorem inciderint, pastor teneatur adesse, & suam præsentiam illis exhibere.

## Responso.

**D**istinguendum est, vel enim mente captus & furiosus continuo talis est, vel habet lucida interualla, quibus de rebus & statu deliberare & disponere solet. Si primum non tenetur, imo nec potest ad adesse sine iniuria sacramenti, cum consensum liberū præsupponat tanquam fundamentum, ut iam diximus. Si secundum potest & tenetur tempore dilucidorum iusmodi interuallorum adesse, alioquin iniuriam faciet ipsis contrahere volentibus negando

negando illis sacramentum, præsertim quando illis ad salutem necessarium est, ut frequenter in articulo mortis vsluenit.

Dices: Quid si amens & furiosus tempore sanæ mentis habuerunt voluntatem contrahendi matrimonium, eamque tempore amentiæ exequi velint, poteritne vel etiam debet pastor huiusmodi contrahere volentibus tuam præsentiam exhibere: & videtur quod sic, quia baptismus eo casu collatus validus esset propter voluntatem præcedentem: Confirmatur, quia in illis non deficit deliberatio requisita ad peccatum mortale, & homicidium in amentia commissum, si tempore quo sui compotes erant præuisum & præmolitum fuit, culpa est lethalis, ergo?

Respondeo: Nihilominus non sufficeret eam voluntatem: nec esse simile de baptismo: Nam in matrimonio ipsi contrahentes sunt ministri, vt ante obiter diximus, & actus ministrorum necessario debent esse humani: sicut si aliquis sui compos audiuisset confessionem & factus insanus absolueret, nulla esset absolutio, & similiter si tunc baptisaret, quamvis antea id in animo habuisset, irritus & nullus esset baptismus: Neque obstat, mala præuisa extra amentiam imputari ad culpam si tem-

pi pore

<sup>a</sup> Diony.c.4.  
de diuin. no-  
minib.

pore amentiae perpetrentur, (a) quia bonum ex integra causa, malum autem ex singulis defectibus spectatur. Quocirca matrimonium cum bonum quoddam sit, exigit plenam libertatem; at peccatum cum malum sit, satis est in sua causa esse volitum.

## Q V Æ S T I O XI.

*An etiam illis, qui secundo contrahere volunt, et  
quod primum matrimonium fuerit mu-  
lidum ob occultum impedi-  
mentum?*

Quæstionis explicatio.

**C**ausa est talis; Concubinariis nuper contraxit matrimonium coram parocho & testibus cum sua concubina, cuius sororem antea cognouerat, modo peste corruptus ut suæ saluti consulat, obtinet secreto dispensationem, vultque iterum matrimonium contrahere. Quæritur, an pastor teneatur iteratae matrimonii celebrazione suam præsentiam exhibere?

*Responsio.*

**N**on tenerur exhibere, sed sufficit ut contrahentes inter se ipsos renouent consensus hactenus coram parocho & testibus præstitos, quia causa finalis Concilii Tridentini statucentis, ut matrimonium coram parocho